

vio multa loquenti exprobravit: si tam multa sapifies, nunquam tam multa dixisses. Plutarchus ait: Garruli sunt pleni rimarum, & perfluunt tanquam vasa, mente casti. C. Lev. 15. v. 16. ad fin.

De stulto indifcretè loquaci Plutarchus ait: Totus tranflet, totus diffluit, & nullo cogente, veluti si questione (id est equaleo) interrogatus eſſet, arcana omnia manifeſtat. C. Eccli. 19. v. 12.

Vinum.

440. Moderatum eſt utile.

Apoſtolus ad Titum ſcribit: Modico vino utere propter ſomachum, & propter frequentes tuas infirmitates. S. punct. 23. fol. 288.

Pf. 103. Vinum laudatur, quod lætificet cor hominis. Et Salomon ait: Date ... vinum hiis, qui amaro ſunt animo, ut bibant, & obliuſcantur egeſtatis ſue, & doloris ſui non recordentur amplius. Ideo moris eſt, in communis lætitiæ ſolemnitatibus, ut in coronationibus Regum, in triumphis, in nuptiis populo vinum propinare, id quod etiam Veteres facere conſueverunt, teſte Martino del Rio, &c. D. 2. 37.

Mart. del Rio 1. 2. ſingulis.

Severiani hæretici, quorum auctor fuit Tatianus Diſcipulus S. Juſtini Martyris, docebant, abſtinendum eſſe a vino, quia vitis eſſet inventum Satanz: Catariſta dicebant, Vinum eſſe ſel diaboli. Hos confutat S. Chryſoſt. inquit: Vinum Dei, obviat autem diaboli opus eſt: Non creaturam Dei accuſa, ſed conſervi infaniam argue. C. Eccli. 31. v. 35.

S. Chryſ. Hom. 1. cad. 909.

Noe invenit vinum ad exhilarationem hominis: ribulationibus, & arumnis preſſi. Hinc Athenæus dicere ſolebat: Vinum, ſi recte eo utaris, eſſe optimum Deorum donum, ſi male, eſſe maximum malum. Et Anacreon: Quando vinum bibo, dormiunt curæ. Vinum nubila mentis depellit, & facit bibentem famulis mitiorem, & amicis jucundiorum. Hinc in cœna primus calix bibitur ſanitatibus, ſecundus hilaritatibus, tertius ſomni. Et vitis, cum ab arboribus in Regem eligeretur, reſpondit: Non poſſum deſerere vinum meum, quod Deos & homines lætificat. Denique Socrates agebat, vinum mediæ ætatis, ſicut oleum igni aſperſum auget flammam. C. Eccli. 31. v. 35.

441. Immoderatum depravat hominem.

Darius Rex Perſiæ Optimatibus ſuis propoſuit quaſtionem, quid ſit in mundo

fortiſſimum? unus putabat mulierem, alter veritatem, tertius vinum, & iſte quidem non male; quia vinum animum depravat, temerarium, loquentem, impudentem, & honeſtatis oblitum facit. Vinum apoſtatare facit ſapientes: experti ſunt Noe, Luth, Holofernes, Alexander, & alii. D. 2. 36.

Fridericus Imp. tota vita non guſtat vinum: Eleonora ejus conjux cum eſſet infœcunda, perſuaſa eſt a medicis, ut uteretur vino: verum Fridericus eam interdixit hoc conſilio, inquit, malle febreorem ſterilem, quam bibulam habere. D. 4. 7.

Voluptuoſa vita in cibo & potu eneruat hominis animum, & inutilem reddit ad ſapientiam, & fortiſſitudinem; hinc Antifeneſes, quodam dilaudante deliciis agebat: Hoſtium ſilitis contingat vivere in deliciis, Diogenes eos, qui in voluptates profundebant facultates ſui, ſimiles dixit arboribus per præcipitia creſcentibus, quarum fructus non homines, ſed corvi & vultures depaſcere ſolent. Socrates turpe eſſe agebat, ſi Domini per voluptatem tales fierent, quales nolent habere famulos. Arceſilaus Scythia interrogatus, cur ex aliis Seditis muli deſicerent ad Epicureos, & ex Epicureis nullas ad alias Sectas, reſpondit: Quia ex Viris Galli ſunt, nequaquam ex Gallis viri, &c. C. Ofæ 4. v. 11.

442. Abundans & generoſum, ubi?

Ret Hispaniæ ab unica Regni ſui civitate, cui nomen Madera, quotannis duodecim millia vaſorum vini recipit. Hiſpalim quotidie ex diverſis locis quatuor millia vaſorum vini advehuntur. Juxta Stutzgardiam in Ducatu VVirttembergensi tanta vini copia creſcit, ut dici ſoleat, totam Stutzgardiam eo ſubmergi poſſe. VVormatia urbs Imperialis ad Rhenum tantam vini copiam intra muros quotannis producit, quanta toti urbi poſſet ſufficere. VV. art. diſc. font. 83. ex. 9.

1. Vineæ ad progerminandum vinum generoſum requirit ſitum Auſtralem; nihil enim magis nocet vino, & fructibus nobilioribus, quam venti Boreales.

2. Vineæ amant certa quædam metalla & mineralia; hinc eſt, quod ubi ſulphur, aromata, & aurum reperitur, in iſis locis vineæ plantata evadunt valde generoſa, uti in Hiſpania, Græcia, Neapoli, Sicilia, Auſtria. Inde vitis Tockiaica in Hungaria non raro reperta ſunt in ſuos botros granula auri inſuſſiſſe. 3. In colliculis meliora creſcunt vinea, quam

in plano; planum enim plerumque craſſis & putridis humoribus abundat, quos ſolis radii difficulter purificant.

In Aſia laudantur vineæ Perſicæ: quæ creſcunt in provincia Schiras valde generoſa ſunt: In provincia Aria, vinea ad octoginta annos ſolida conſervantur. In provincia Margiana Botri reperiuntur duobus cubitis longi, adeoque non minores, quam erant illi, quos Joſue & Chaleb ex terra promiſſa retulerunt. In Inſulis Canariis tam abundanter creſcit vinum, ut inde quotannis vigefies octies millena dolia in Hiſpanias deferantur.

I R A.

443. Ab infania non differt niſi tempore.

Philoſophus ait: Iratus ab infano non niſi tempore differt. Et alius: Ira eſt furor brevis.

Sol non occidit ſuper iracundiam veſtram. Ubi moraliter Patres per ſolem intelligunt rationem, hoc eſt, ſol ratio- nis non occidat, non obſcuretur ab iracundia veſtra. S. p. 110. f. 325.

Irati infanorum in morem in res inanimatas ſæviunt: Galenus ait, quemdam cum clavicula ciſtam reſerare cito non poſſet, dentibus inſtar belluz claviculam momordit.

Cyrus cum in fluvio Gionde amantiffimus equus fuiſſet illi aquis hauſtus, vindictæ ſtudio fluvium in quadringentos fe- xaginta rivulos dividi, & cuius hominum permeabilem fieri fecit. Thaces Adriaticum mare ſagittis conſigunt.

Xerxes tumultuoſo mari, quod inter Seſton & Abydon pontem illi conſegregat, trecenta verbera inſigis præcepit. Quid ineptus! D. 4. 63.

Piſtavi in templo S. Hilarii leſtulus eſt, in quo decumbentes ſarſioſi rationi reſtituuntur. VV. art. diſc. font. 23. ex. 9. O utinam eiſmodi leſtuli ubi que haberentur.

Quidam inimicum ſuum in ædium quarundam tectum conſuger compulſit, unde ille cum effugit ſpem nullam haberet, ex alto fe præcipitavit: verum perſecutor miſerabilis illius interitu adeo non placatus fuit, ut ipſius cerebro, quo viam conſperſerat, ſibi os perſicaverit. J. 8.

444. A leviffima re ſumit anſam ſæviendi.

Seneca ait: Iraſcuntur, ſi calida non bene præbeantur, ſi virum fraſtrum, ſi calvus luto ſparſus eſt. Et alibi. Parum a-

gili eſt puer, aut tepidior aqua potus erogata, aut turbatus thorus, aut menſa negligentius poſita, ad iſta concitari infania eſt. D. 1. 25. ſere in medio.

Seneca narrat de quodam Pollione, quod mancipium ob fractionem unius vitri in vivarium proſici iuſſerit piſcibus labulandum: ſed mancipium fugit ad imperatorem, qui fe intellecta Pollionis vitra omnia conſingit, & vivarium terra impleri præcepit.

Mahometes II. cum vidiffet in arbore pomum, paulo antea conſepſum deſſe, trium ephororum ventres exſcindi iuſſit, bona ſors tulit, quod ſtatim in ſtomacho primi inventum ſit pomum, alias etiam innocentibus fuiſſet moriendum.

Bernardinus Corius Dux Mediolanenſis irrogat Sacerdotem, quædam putaret fe regnaturum? reſpondit ex ſimplicitate Sacerdos, regnaturum novem annis: id indignabunde ferens Dux jubet Sacerdotem in carcere media periri.

VVeſneſianus Imperator ob caponem male aſatum iuſſit coquum trajecto veru ad ignem aſari. D. 7. 78.

Plane abſurdum eſt, quod homines ad ſerim proni ordinare cauſam diſſidorum velint reſundere in alios, deantque fe prius ab aggreſſoribus fuiſſe læceſtios.

Rex Nabuchodonofor poſtquam devicit Arphaxad Regem, ſuperbire & omnia circa regionem ſuo imperio ſubiegere voluit: miſit ergo nuncios ad finitimos principes, ut cum hi nolent ſervire Nabuchodonofori, iſte indignatus per thionum ſuum irarvit, quod deſenderet de fe omnibus regionibus hiſ. Mira locutio! ipſe erat aggreſſor, & ait fe velle defendere. Sic faciunt iracundi, ex quavis cauſa emunt occaſionem diſcordiarum, & dein dicunt fe fuiſſe compulſos ad deſenſionem &c.

Judaib. 1. 2.

445. Dum ſervet, nil prudens decernit.

Recte ſuaſdetur, ut in ipſo ira ſervore nihil decernatur, quia perturbato animo deſicit prudentia: Teſſalonica ſeditio coorta eſt, in qua multi e Senatu lapidibus vulnerati ſunt. Theodoſius Imperator rei indignitate motus illico præcipit ira præcipit, ut ſeditioſi cives morte muldarentur, quorum ſeptem nullia nulla habita innocentum aut reorum ratione occiſa ſunt. Theodoſius ob hanc eadem ab Ambroſio excommunicatus, nec antea in Eccleſiam admiſſus fuit, quam promiſſerat, quod decreta Imperatoria, quæ vitam aut bonorum ſpo-

liationem concernent, ante triginta dies nunquam sine executioni mandanda &c. Ita spatium dandum est iræ, donec animo serenitas redeat. D. 6. 95.

Recte dixit Architas Laurentinus: nisi jam iracundus essem, vellem te certo castigare; nempe peperit tunc famulo perperam agenti, quia sciebat in fervore iræ nihil prudens decerni. Sanc. 6. p. c. 8. f. 794.

Sicut dum febris actualiter effervescit in homine, abstinendum est a medicinis, ne morbus irriteret, & increfcat: ita dum peccator ira exacerbatur, abstinendum est a correptione, & expectandum, donec passio detumuerit, & mens sibi reddita medicinam admittat. Pellicanus seu Onacrotalus rudit, & vociferatur ut asinus, unde stoliditatis & imprudentiæ est symbolum; cum enim aucupes ejus nidum incendunt, ipse advolat, & quassatione alarum ignem restinguere conatur, sed tanquam flabello magis accendit, & alas etiam amburit, quo fit, ut facile ab aucupe capiat. Sic qui peccatorem iratum corripit, magis eum inflamat. C. Eccl. 8. v. 13.

446. Quomodo compefci debeat.

Quidam civis ex Candia cum Galeno itinere comes ibat, vir intemperanti iræ deditus: factum est, ut aliquid quæreret ex famulis, & isti sinistram responsum darent, mox ille effervescens gladio ad sanguinem usque percussit miseros. Altera die facti pœnitens porrigit Galeno flagrum, & percussit ab eo postulat. Galenus fecit quidem rogatus, sed postea edixit illi, iram non esse vitium, quod per verbera, sed per victoriam passionum, & patientiæ usum curari debeat.

Philippus H. Rex Hispaniarum erat imperturbabilis animi, quondam tota fere nocte litteras scribebat ad Romanum Pontificem: absolutas tradit Secretario fabulandas: verum ille loco fabularii arripit atramentarium, & litteras sordide perfundit. Quid evenit? Alii forsitan in furias fuissent acti, sed Philippus H. nihil motus de novo scripsit litteras, nullo edito indignationis sensu &c. D. 7. 78.

Iram alterius mitiga per fugam & lenia verba: nunquam audisti, quomodo venatores tigridis catulos rapiant? Venator expectat, donec tigris cubili suo exiit, tum cito catulos sumit in equum & fugit: tigris rediens ubi iacturam sentit, vigilat premit fugitivis, & ille unum e catulis imminenti projicit, quem statim

in cubile reportat: sequitur, iterum Venator catulum relinquit, idque tandem donec lituus maris affequitur, navigare tanquam tuto asylo abit. Tu sentis ferocientem tygridem instare? projice illi unum vel alterum lenè verbum, idque tandem donec locum effugii invenias &c. D. 10. 21.

Optimum remedium iræ, ait Seneca, est mora: desinet, si expectes: rota vincetur, dum partibus capitur. Julius Cæsar omnes conjuratorum epistolas simul exussit: quod factum laudans Seneca, ait: *Gravissimum putavit genus veniæ, ne scire, quod quisque peccasset.* C. Jac. 1. v. 19. Item ad Ephes. 4. v. 26. & v. 31.

Inimicitia. Vindictæ cupiditas.

447. Quomodo exuenda, aut mitiganda.

REX David veniens in tentorium Saul invenit illum dormientem, quem Abisai illico voluit occidere, sed dehortatus est David: Quare? Chrysof. ait: *Conspectibat illum dormientem, & de morte omnibus communi philosophabat: ubi ille furor ubi torrebne, & insidiat: pervenit exigui somni incurva.* B. ser. 17. §. 4. &c. Primum itaque remedium tranquillandi bilem odio incensam est consideratio mortis, dicendo sibi ipsi, quid prodest hodie vincere inimicum, & cras vinci a morte?

Alteram remedium est, cogitare, quam magna & diuturna damna sepe inimicitie post se trahant. Amalecitas primi fuerunt, qui Israelitas, Nepotes Jacobi, itinerantes bello impetierunt. Quare? quia descendebant ex Amalec filio Eliphaz, nepote Esau. Ecce contentio, qua collidebantur, Jacob & Esau ad seros posteros, totamque familiam transibat. C. Exod. 17. v. 8.

Mitigari autem inimicitia in hoste potest:

1. Humilitate & mansuetudine; ita Jacob adoravit fratrem Esau eumque suum Dominum compellavit. C. Gen. 33.

2. Muneribus: ita Jacob præmisi obviantem fratri greges ovium in munus. Gen. 33.

3. Fugiendo inimicum etiam reconciliatum; ita Jacob noluit sibi comitem ire Esau, sed eum præmisi: item pollicitus quidem est, quod ad fratrem dixerit venire vellet in Seir, sed postea mutavit animum, nec venit in Seir, merito metuens, ne ira fratris crudeliteret, præsertim si se hospitio & prandio recipientis

piens vino incallescere. Gen. 33. v. 14. Optimum remedium sibi conciliandi inimicos est, si prius nobis conciliemus Deum; Deus enim in manu habet corda hominum, quare si nobis prius conciliemus Deum, facile ille nobis conciliabit hostes. C. Prov. 16. v. 7.

448. Frivole excusatur per illud: Non possum.

Quæro, quis tibi magis inimicus, quam caro, mundus, & demon? & tamen his inter multas molestias serviisti. Quantumcumque igitur tibi proximus inimicus est, potes illum amare, potes remittere &c. B. serm. 24. n. 36.

S. Augustinus ait: *In omnibus Scripturis Deus tibi dicit, quia potes, tu e contrario respondes, non posse: considera nunc utrum Deo, an tibi debeat credi? Deus enim quod præcipit, non est impossibile, quia dat gratiam, confortat, ac roborat &c.* B. serm. 59. §. 2.

Mulier Ægyptia filiolam a Crocodilo devoratum non deplorat; quia Crocodilum pro Deo habent Ægyptii. Proh pudor! falsa Deitas compefciit sensualitatem naturæ, & verus Deus non possit compefere passionem irascibilem Christiani? B. serm. 59. n. 26.

Leo quidam mansuetus, cum olim sui oblitus puerum unguibus arripere, & a magistro clamaretur: *Siste Leo: ita violenter iram cohibuit, ut mortuus conciderit.* Et tu non possis, quod bellua potuit. B. serm. 59. n. 26.

Abraham surgit, & uxorem suam in terram Chanaan ducit, non curans dicitur hominum, quia Deus præcepit: *Subire omnia, quam excusare consultius judicavit,* ait S. Amb. Isaias nudipes ingreditur Jerusalem, nihil honestius judicans, quam *obedire præceptis Divinis.* Ait S. Hieron. Tu utinam in aliis rebus sollicitè honorem terreis: an honorificum tibi est in sceleribus vivere, sciente toto populo? & tamen tibi non curas honorem: cum vero inimico ignoscendum esset, obtendis frivole honorem tuum. Præterea error est turpissimus, si putes Deum præcipere minus honesta &c. A. l. 6. n. 21. & 22.

449. Punire gravissime.

Duo vicini semper in dissidiis viventes, & infernum potius quam reconciliatorem eligentes, post mortem in gehenna & puteo proflire & igneis ensibus di-

gladiari atque in frustra invicem fecare, iterumque recrescere, & hanc penam repetere videntur. E. *Dimittite* n. 5.

Mulier cæteroquin devota sed pacis inimica, in ultima agitudine faciem a Sacerdote avertit, & SS. Viaticum sumere nequit. E. *Dimittite* n. 6.

Homo vindicativus per integrum annum non potuit videre SS. Hostiam in manu Sacerdotis. Postquam autem cum inimico reconciliatus est, & sacramentaliter absolutus, omnino vidit, quod antea videre non poterat. E. *Euchar.* n. 23.

Deus prohibuit in Mincha, seu Sacrificio panis adhiberi mel & fermentum. Quare? Quia mel bilem auget. Qui ergo biliosus est, non admittat ad sacrificium Christi, nec potest esse participem mysterium Dei. C. Lev. 2. v. 11.

Duo Religiosi hostiliter insensu in odio continuo vivunt. Unus moritur, in refectorio coram fratribus apparet, & illi qui veniam dare recusat, jugulum frangit, ac secum in infernum rapit. T. n. 332.

Sicut ille, qui diligit inimicum, tria exinde bona reportat, victoriam sui ipsius, lucrum proximi, & præmium a Deo. C. Prov. 25. v. 22. Ita e contrario, qui persequitur inimicum, tria opposita mala in animam suam contrahit, inter quæ maximum est Dei punientis averio.

450. Oritur ex levibus causis.

Pastores de Gerara rixati sunt adversus pastores Isaac pro puteo, quem foderunt: deireo appellavit Isaac puteum inimicitie. Sic hodie dum sit! ob rem nuci & nihili v. g. in capiendis aut dividendis hereditatibus colliduntur amici, confurgit inter illos acerrima hostilitas.

Quæro, an opere pretium erat pulmentum, quod Esau fratri Jacob ven-

didit, ut inter eos conurgeret inimicitia etiam inter nepotes duratura? Nonnunquam invidia fomitem subministrat inimicitias: sic fratres Joseph oderant eum; quod a Patre plus condidissimaretur, nec poterat ei quidquam pacifice loqui: Sic multoties contingit: propter officium, propter favorem principis alienantur animi & incenduntur ad mutuos rancores. Rex Saul factus est inimicus Davidis cunctis diebus; quia viderat, quod æstimaretur a populo, & quod cuncta, quæ agebat, prospere illi procederent.

Nonnunquam restauratur amicitia cum inimicis, ut postea tanto efficacius vindicari injuria contra tertium. Majoris natu

S. Aug.
ser. 61. de
temp.

S. Amb.
l. 1. off.
e. 24.
S. Hier.
aut cum.
Sac. Ser.

Lev. 8.
v. 11.

Gen. 26.

Gen. 29.

Gen. 39.

Reg. 19.

Jud. 12. natu de Gabaa venerunt ad Jephthe, dicentes: Esto Princeps noster: respondit ille: Nonne vos estis, qui odistis me? & de domo Patris deiecitis me, & nunc venistis ad me in necessitate?

Maledicta inimicitia, quæ simulatur erga amicum, ut iniquum aliquid ab eo extorqueatur! Sic Dalila lacrymans conquebatur erga Samsonem: Odisti me, non diligis me, idcirco problema non vis indicare mihi! per hanc tristitiam nocentissimum malum molebatur illi infligere.

Ordinarie exoritur inimicitia inter complices ejusdem criminis: Sic Ammon foretorem Thamar, quam oppræferat, exotam habuit majore odio, quam ante eam amore dilexerat.

451. *Dedocetur a sanctis, & ipso Christo Domino.*

Josephus Prorex Ægyptius fratribus, Moyfes Mariz, David Sauli, Stephanus lapidanibus, Joannes Gualbertus fratribus ignoverunt. B. ferm. 45. §. 4.

Rex quidam Ægyptius & gentilis Imperatoris Diogeni, quem in bello captivum duxit, parci, rationem subnectens, quia, aiebat, scio, quod Christus vester Deus jubet inimicos diligere. B. ferm. 59. n. 26.

S. Th. Cantuar. Episcopus mirabilis erat in componendis dissidentium animis. Duobus Comitibus sibi invicem infensissimis singillatim post mortem apparet, & eos in sacellum suum certa die citat: comparuere, & mira reconciliatione pacem sanxere. R. cent. 2. p. 1. mir. 49.

Exempla Sanctorum nos provocant ad ejurandas inimicitias, docentque non esse virtutem Christiano magis propriam, quam dilectionem inimicorum. Vide tit. *Dilectio inimicorum.*

Quin imo commovere nos debet admirabile, & omnibus Christianis imitabile exemplum Redemptoris. Quis unquam hominum contradictiones, & persecutiones passus est, quas Christus Dominus: & tamen pro persecutoribus oravit, & salvos voluit, qui ipsum opprimebant. Et, quas non injurias hodieum tolerat in SS. Eucharistia ita ut vere, prout orat Ecclesia, in Sacramento mirabili nobis passionis sue memoriam relinquit? hic ab hæreticis blasphematur, a malis Christianis inhonoratur, a peccatoribus sacrilege devoratur! & tamen sacerdotibus, etiam discipulis potestatem dat consecrandi &c. C. Prov. 23. v. 2.

452. *Non nobilem, sed ignobilem animum denotat.*

Quis fuit ille furiosus, qui bis voluit occidere Davidem? Respondes fuisse Regem Saul: erras! Scriptura non vocat regem, sed tunc tantum simpliciter Saul: nam talis vindicta nihil in re regium continet. Chryl. ait: *Hic jam Rex est, nempe David, quia fugit, quia ignoscit. Ille putatur.* B. fer. 59. n. 14. & seq.

Latro in cruce tunc cognovit Christum esse Regem, cum vidit cum ignoscere interfectoribus. B. fer. 59. n. 17.

Nunquid qui Davidem vincit, fortior est, quam qui vincit Goliathum? ita est. David autem vicit Davidem, hoc est seipsum, dum pepercit Sauli, consequenter gloriosius fuit parcendo, quam vincendo. B. ferm. 59. n. 17. M. corc. 3. aff. 2. toto.

Quidam dicunt: jam reconciliabor cum inimico, sed prius injuriam vindicabo. Bella reconciliatio! Accipiter sub nocturnum crepusculum avem caput, quam tota nocte sub pedibus tenet, exorientem autem sole dimittit: obviam postea factam nunquam persequitur. VV. art. disc. funt. 48. ex. 1. Sed, quid id beneficii est? utique fati timoris habuit misera avicula, tota nocte hærens inter unguis raptoris. Sic multi faciunt, opprimunt inimicum, eumque pedibus calcant, dein non amplius offendunt: Speciosa dilectio inimicorum! Hi accipitres sunt!

Post peccatum protoparentum Deus posuit inimicitias inter serpentem, & mulierem. Ecce! inimicitia denotat serpentinum aut muliebrem animum.

Quidam inimicum suum multis vulneribus confecit, eumque vulneratus pro consentendis peccatis suis sacerdotem in clamaret, etiam huic accessum ad mortientem inhibuit, ut ei prater vitam temporalem etiam æternam eriperet. Nonne hæc invidiosus plus quam barbara, imo diabolica est? J. 8.

Vindictæ cupiditas ignobiliorum facit hominem bestia: Sanguinem vestrum requiram de manibus cunctarum bestiarum, quasi dicatur, homines vindictivatos ita vilescere, ut propter vindictam bestie nuncupentur, ait Lyranus. M. conc. 3. aff. 2. n. 10.

Imo homo vindictæ cupidus pejor est demone: nam dæmon per cytharam Davidis compecebatur, non autem dempei poterat ipse Saul. B. fer. 59. n. 3.

Siquis

Siquis non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, . . . superbus est, & nihil sciens. Vindicativi autem non acquiescunt: quia dum alii peccatores tantum voluntate contradicunt legi Dei, isti etiam repugnant intellectu, in quantum doctrinam Christi impossibilem, aut indecentem judicant. *Quasi fecerit.* *Idololatria est, nolle acquiescere &c.* *Reg. 15.* *Segn. Manna 17. Juni in 1. & seq.*

Vindicta est actio valde ignobilis & indigna, vilibus, & abiectis hominibus propria. Paoletti Feria 6. Cinerum.

453. *Sibi ipsi plus nocet, quam inimico.*

Cain occidit fratrem in campo non in paradiso: cur? ut ostendatur quod occidendo hostem fructum nullum reportet, ait Ambrosius. M. conc. 3. aff. 1. n. 3.

Cain per occisionem Abelis voluit gratiam Dei lucrari, quam illi invidit, & perdidit utramque. M. conc. 3. aff. 2. n. 4.

Homo vindictivus honorem querit, sed infamiam reportat. Sicut tineæ rodendo pannum seipsum destruit; ita vindictæ cupidus &c. M. conc. 3. aff. 2. n. 5.

Quendam Macedonium invisere, rogareque venerat S. Ambrosius ut pacem cum hoste componeret, sed ille sancto Episcopo portam domus in faciem oclusit. Postliminio Macedonius iste certi delicti causa quærebatur ad tribunal, cum ergo insequentibus apparitoribus in Ecclesiam intrare vellet, porta illi oclusa fuit. Saneh. 4. p. c. 4. f. 240.

Quidam injuriam sibi allatam dimittere nolens in rancore mortuus est: cum ergo pro anima ejus orationes fierent, Crucifixus utramque aurem obturavit, & dixit: Nec pepercit, nec parcam. E. *Dimittite* n. 4.

Abbas Antonius videns fratrem, qui laudem, non autem injuriam sustineret, aiebat: tu similis es ædificio, quod ab ante habet ingressum ornatum, ex posteriori vero parte a latronibus expugnatum. C. Num. 12. v. 3.

Quidam obstinati & irreconciliabiles sibi ipsis de industria nocent, ut eo magis nocere possint inimico. Imp. Nero, ut novam occasionem haberet persequendi Christianos, septem partes urbis Romanæ incendit, dein culpam incendiis Christianis imputans, illos crudelissimis tormentis exercuciavit. Infuebantur pellibus ferinis, ut a canibus lacerarentur, persuli pice & resina instar lampadum

accendebantur, aliique tormentis afflictebantur. D. 4. 45.

Qui in rancore, & hostilitate vivunt, perdunt victorias sui ipsius, ejusque meritum, demoni faciunt lætiam, cælestibus tristitiam, inimicum non lucrantur, Christo faciunt injuriam, ejusque conficiunt inimicitiam. Nonne grandia hæc mala? Vide titulum, *Dilectio inimicorum.*

454. *Vindictam non querentes Deus tuetur.*

Celebris quæstio est, cur Deus Sanctos Martyres ab exquisitis tormentis, rarissimo autem ab ictu gladii præferret? Responderunt: Gentiles & tyranni, qui S. Martyres pro beneficiis habebant, erant persuasi beneficiis valere quidem contra gladios, non autem contra exquisita tormenta. Ideo ut Deus eorum honorem tueretur, eos contra exquisita tormenta, non autem contra gladios defendit. D. 5. 89.

S. Silvani, qui erat discipulus S. Hieronymi, formam assumens demoni mulierem ad nefas sollicitabat, qua re S. Victorius populi fabula & ignominia factus est. Postea cum templo oraret, accesserunt, qui injuriis impropertis illum inhonorarunt, sed omnes repentina morte exanimati sunt. Cumque a tumultuante populo inter verbera & opprobria ad tribunal raperetur, apparuit S. Hieronymus, qui demonstrata eius innocentiam illum ex eorum manibus liberavit. Petr. Sanchez 2. p. c. 1.

Imperatoris Othonis III. Uxor Nobilem de vi sibi allata accusatum, & innocentem ad gladii mortem promovet, verum abscissum caput postea in igne illatum decapitati innocentiam demonstravit. E. Verbo *Adulterium* ex. 8.

S. Gregorius Taumatargus a muliercula, a malevolis subornata, publice de stupro sibi illato accusatur, & ab eo pecunia mercedis obsecratur. Obsequentibus aliis Gregorius jubet illi pecuniam numerari. Et ecce! mulier obsecrat a demone, qui a nullo poterat, quam a Gregorio expelli. E. *Dimittite* n. 8.

Laurentius Rattus excellentissimus Musicus cantorem admonuit, ut pausas deinceps accuratius numeraret, & musicæ ordinem non perturbaret. Ille sibi machatum parum absuit ut in monitorem pugnis involaret. Sed continuo adfuit, quæcumque pridie rixas habuit, & cantorem egregie dedolavit. J. 144.

Ri.

455. Impediunt benedictionem divinam.

Dominus Deus tunc primum Abrahamo promissit omnem terram, quam conspiciet &c. postquam ab eo divisus est Loth: quare: Resp. Nierembergiius: *Fada est rixa inter pastores utriusque & hæc dissidia nocuerunt Abrahamo, & Loth: Nacet peccatum servorum sanctissimo hero. Quis scit quantos favores Dei tu e domo exclusas, dum in dissidiis vivis? B. ferm. 38. n. 41.*

Juxta urbem Edepsum in Macedonia sinebat saluberrimus rivulus, cum Antigonus Rex de aquis salutaribus concertare, easque pretio vendere cepit, rivulus omnis exsiccatus est. Troade in Asia rupes populo salem ministrabat, cum autem Lytimachus subditos ob usum salis tributum pecuniario onerabat, sal omne evanuit. Duo fratres Principes Bohemæ, & Poloniæ salifodinam habebant utrique regno sufficientem, cum autem de illa litigare cæperant, sal omne defuit, ita ut Bohemæ hodieum ex alienis regionibus sal mercari cogatur. D. 4. 85.

Stagnum piscium ferax fuit occasio litium inter duos fratres: & ecce? ut inter eos pax sanciretur, S. Gregorius stagnum maledixit, quo factio stagnum exaruit, & migravit in solum in hodiernam diem sterile. E. *Discordia* n. 8.

Rex David dignus non fuit edificare domum Domini, quia multum sanguinis fudit: hæc gloria reservata fuit Salomoni, Regi pacifico.

456. Multa agravia mala posse trahunt.

Qui contraherentur conjurant, dein iusto Dei iudicio ipsi inimici sunt: Moabitarum, & Ammonitarum se congregarunt contra Judam, dein in prælio seipsos mutuis vulneribus confecerunt. B. fer. 50. n. 23.

Primum bellum in celo fuit auctore demone, & ideo e celo pulsus est: discordiæ & bellicosi calum non obtinebunt. M. conc. 3. aff. 3. n. 1.

Homo sapiens non inchoat lites, & si inchoatæ sint, illas declinare, & sopire studet, quia multa mala post se trahunt: hæc mala sunt, 1. Quia millenas afferunt curas, mæores, pericula, ignominias, profusionem opum &c. quæ longè plus damni afferunt, quam lucri sperari possit ex lite. 2. Auferunt pacem, & caritatem: unde Card. Bellarm. ait: *Melior est uncia paci, libra victorie.* 3. Nisi

succidantur crescunt in immensum, fiuntque irremediabiles, ita ut lita una ferat aliam & aliam sine fine; hinc lita comparatur serpenti, qui cum per foramen caput inferuerit, per illud deinde totum corpus inferat & irrepit. 4. Quia lita externa cum proximo, parit litem internam cum animo; anima enim irati & litigantis mille passionibus affuit, secum ipso discerpat, & ligat, dum ira, & cupidus vindictæ cum recta ratione digladiantur. C. Prov. 20. c. 3.

Sed dices: Ingloriam est, cedere inimico, & pacem querere. Erras! quia honorificum est, querere opus heroicæ virtutis, qualis est, reconciliatio, & amicitia. C. I. libid.

Richardus Angliæ, & Philippus Galliarum Rex gravibus inimicitias dissidabant: moti sunt pacem inire, sed frustra: Beatus Fulco sacerdos propheticis spiritu plenus prædixit illis, fore, ut nisi conciliarentur, unus eorum intra anni spatium mori deberet. Cum monita nihil proficerent, factum est, ut Richardus, qui arcem quandam se impetrandi ingentis thesauri obsidebat, jaculo vulneratus paulo post obierit. D. 5. 41.

Quid conquereris, te graviter fuisse injuriam? tu ipse in culpa es, quia alienis jurgis sine necessitate te immiscuisti: Moyses dissidentibus se ingessit, dicens *quare percussisti proximum tuum?* Et ille statim respondit: quis te constituit iudicem inter nos? an etiam me vis occidere, sicut occidisti Egyptium &c. D. 10. 92.

Mercurius, ut exploraret, quid homines de se sentirent, ivit in officinam statuarii, & ibi licitatus est statuum Jovis, Junonis & alias. Tandem & de sua quæsit, & dum putavit se magni æstimari, audivit ab artifice, hunc nugivendum facile dono permitti. Recte ipsi factum est, cur se sine necessitate in illam officinam ingessit &c. D. 12. 6.

Pœna hominum dissidiosorum ordinarie est infelix illorum exitus: Briartius bellicosissimus juvenis in Gallia, cum Henricus IV. Rex pacem cum hostibus composuisset, pullato habitu in altum venit. Quærente Rege, cuius funeri indoleret? reposuit Belli, amici sui optimi? Dein in Belgium delatus sub Principe Nassovio militabat, ibi ex hostili agmine Capiteanum ad bellum provocans, vincitur, capitur, & in inimicam urbem adductus, iussu præfidiarii Ducis, Grobbedonck, obtruncatur. Theat. Prag. Princ. hist. 2.

Cum

Cum Gasto Dux Aurelianensis cum fratre Ludovico Rege Gallie graviter dissideret, & contra illum armatum exercitum conscriberet, Dux Henricus Montmorancius partes illius tenuit, sed suo malo; quippe in prælio captivatus, reconciliatis fratribus, tanquam perduellionis reus Tolosæ decapitatus fuit. Theat. Trag. hist. 36. Videtur Deus ita disposuisse, ut in eos, qui temere se in alienas lites immiscerent, tota odorum tempestas recumbat.

Balduinus ex Ordine Cisterciensis magnæ virtutis & meriti Episcopus Pisanus, quia vixit occasio belli inter Pisanos & Lucenses orti, graviter in purgatorio punitus fuit: apparuit autem cuidam Presbytero in Insula Sardinensi, cui revelatum iri, donec pax inter utrumque populum fuerit sancita. E. *Discordia* n. 6.

Contra dissensiones ac contentiones recte ait Seneca: *Cum pari contendere an de ceptis est, cum superiore furiosum, cum inferiori fondidum! pusilli & miseri hominis est repetere mordentem.* Quid quæris, o Christiane, dum contra Christi leges cum fratre contendis? utique scientiæ ostentationem, & victoriæ laudem apud tui similes superbos & stolidos. Egregiam sane laudem nancisceris, ut audias contentiosus, arrogans, ostentator, Sophista. Quanto gloriosius tibi foret abline re jurgio, ut apud cordatos audiri sapiens, pacificus, Religiosus, mentis, linguæque compos & dominus posses. Sapienter Papias S. Joannis Apostoli discipulus, & S. Polycarpi sodalis, auditus multorum clamoribus Dei veritatem laecerat; *Non multa dicentibus, inquit, sed vera tradentibus ascoltandum est.* C. in Ep. S. Jac. 3. v. 14.

457. Oriuntur ex re levi.

Anconæ litteratus juvenis hanc thesin publice propugnabat: Posses filium immorigerum a patre exheredari. Fuit tibi Nobilis, quem pater exheredem bonorum fuscipat. Is dictam thesin in se declamari suscipatus, declamatozem interfecit. J. 132.

Mimus quidam joculariter quædam gariens, cum videretur Nobilem præsentem illis sermonibus pungere, in ipso theatro a retro inculpato vulnere occiditur. J. 133.

Prov. 16.

Sacer Proverbiales monet: *Sicut, qui apprehendit auribus canem, sic qui . . . commiscerit rixæ alterius.* Sicut enim canis, cum auribus (seu cauda prout alii

interpretes legunt) tangitur, facile iriratur, ut dentes exerat, & mordet tangentem: ita qui rixæ imprudenter se miscet, facile læditur & occiditur. Hinc omnes sapientes moment, fomitem rixarum esse fugiendum, quia facile incenduntur, iuxta illud: *Vis canes rixari? tenne, inter ipsos profice.* C. Prov. 26. v. 17. Vide supra tit. *Inimicitia* 19c.

Antiqui etiam Philoſophi hæc in re sapient: Euripides ait: *A parvo initio lites magnas hominis lingua producit: huic omnino suadet, ut homo sapiens taciturnitate alterius discretia vincat, aut dissimulet: Demosthenes convitiis læcilius ajebat: Nolo tecum in hoc genus certaminis descendere, in quo, qui vincitur, ipso videri multo est. Quare sicut nihil deformius, quam remanere furemibus; ita nihil utilius est, quam remanere provocatis.* C. Prov. 20. v. 3. ad finem.

458. Quomodo sopienda sint in domo, inter conjuges 19c.

Qualibet pars de sua naturali propensione aliquid remittere debet: *Simile est regnum calorum fermento 19c.* simplex sed mysterio similidum: panis coquitur ex dissimilibus ingredientibus, farina, aqua, sale, & fermento: quodlibet autem de sua naturali qualitate aliquid remittit, & sic fe mutuo complectuntur: ita a pari &c. B. ferm. 62. n. 15.

Durante ætu iræ omnino tacendum est. S. Aug. laudat Matrem, quod seiverit visum irato cedere. *Humilitas sum, & visulæ bonis.* Ubi Origenes: *Dum frater amarulento est animo contra me, etiam bona verba sileo, ne vel illi ignem suæ ditionis inflammem: Jacob nihil locutus est irato Esau. S. punct. 110. fol. 322.*

David mansuetudine vincit Saulem: sicut noctu amicum etiam præsentem non agnoscimus, die vero etiam distantem: ita in ira, quando intellectus quasi nocte obfuscat est, amicum non agnoscimus, vox audita, seu bona, seu mala nobis aliter sonat. S. p. 30. 1719. Vide tit. *Mansuetudo*.

Verba aculeata non cum refectione, sed cum joco aut facta refectione accipiendi sunt. Thomas Morus cum Cardinali Vollæo, qui prorege dignitatem fastuose ambebat, restitit, ab illo in publico confessus stultus fuit vocatus. Thomas cum modesto risu reposuit: *Grates habeo Deo, quod in Regno Angliæ unus tantum stultus reperitur.* D. 5. 21.

Adrianus VI. Pontifex graviter indigna-

gnabatur famosis libellis, & ideo Statuam Pasquinii, ubi aculeata scripta affigi solent, in Tiberim projici voluit. Dissuasum autem fuit hoc consilium, quia sicut ranæ in aqua sunt loquaces, ita & Pasquinus in Tiberi futurores esse loquaces, & dum aucta fuit unus, postea in urbe futuri sint innumeri. Ita dissimulanda potius, quam carpenda sunt malevolorum differia. D. p. 76.

S. Macarius itinerans iussit focium suum antere: iste cum gentilem sacrificulum obvium haberet, dixit ad eum, quid facis diabole? sacrificulus deposita facina quam gerebat, egregie pugnis delolabat Monachum. Sequens S. Macarius salubat sacrificulum inquis: quid agis laboriose amice? hoc blandum alioquium ita mitigavit gentilis animum, ut fecutus Mācarium Christianus, & Monachus factus sit. Ecce pacificum verbum tranquillat iram. Sanch. 6. p. c. 8. f. 309.

Homicidium.

459. Mirabiliter proditur.

Cadaver occisi in presentia occisoris sanguinat, etiam sæpe ex ossibus aridis. C. Deut. 21. v. 4.

Latrones Ibyci Poeta a gruibus produnt. Pyrrho Regi canis interfectores sui Domini prodit. C. Deut. 21. v. 4.

Duo Arcades amici venerunt Megaram, alter ad amicum, alter ad cauponam dicit. Hic noctu apparuit alteri rogans, ut sibi subveniret, quia sibi interitus a caupone pararetur. Hic somnium esse ratus peritit in lecto. Rediit ergo altera vice alter rogans ut mortem suam non pareret insultat: se enim occisum esse, & crassina die suum cadaver sub stercore evehendum. Paruit tum iste, & ad portam expectans cadaver, & cauponem apprehendit, caupo pœnas dedit. C. Deut. c. 21. v. 4.

Nobilis Gallus, cum improlis esset, fratris filium adoptavit: verum mulier Galli concubina metuens, ne adoptivus amorem sui Domini sibi præiperet, falso illum furti attentati insinulavit, & ex ædibus expulsi. Prodit autem filii innocentia, ille in ades revocatus, vindictam spirans mulierem in rurale prædium invitam occidit, & ejus cadaver ante fores proxime ville humavit. Eo tempore filia Domini, ad quem villa pertinebat, liberioris auge gratia ex urbe in villam venit, & cum aliquando in campum exire vo-

luit, sub ipsis foribus occulta vi detineri se sensit. Respiciens vidit ex humo emergere manum, quæ vellem suam teneret: clamat ergo auxilium, reque magistratui detecta, foditur terra, eruitur cadaver, atque ex subcula agnoscitur. Filius adoptivus a patre ad quæstionem vocatus, fateatur crimen, & fuga sibi consulens, prodit complices, qui extremo supplicio confecti sunt. J. 62.

460. Punitur a Deo.

Macarii Mylensis Sacerdotis homicidium cade filiorum, & uxoris punicit. C. Deut. c. 21. v. 4.

Papielus Poloniz Rex patruos necavit, & a muribus devoratur. C. Deut. 21. v. 4.

Boleslaus & complices post eadem Vvencelast miserime perent. C. Gen. 4. v. 10.

Latro sic Monachus, & semper puerum ante se videt, & audit dicentem, cur me occidisti? donec monasterio egressus capite multatus est. C. Gen. c. 4. v. 23.

Quidam Archidiaconus ad Episcopatum aspirans Episcopum per lapidem supra portam collocatum comminuto cerebro peremit. Famulus autem Episcopi vidit a Beata Virgine Archidiaconum coram Dei tribunali accusari & ad iudicium citari. Voluit autem Judex citationem per famulum illum fieri: flevit amare famulus, & dum causam fletus rogatus eam pandit, repente Episcopus mortuus concidit. E. Judicium 13.

Pœna intolerabilis homicidii est ipsa laniena conscientie! habetur ab experientia, hujus criminis reos, moribus conscientie, & inquietudine animi tam misere fuisse agitato, ut seipos coram tribunali justitiae reos egerint, & solatio sibi duxerint, per supplicium carnis fugere posse carnificum delicti. Exempla habentur innumera!

ACEDIA.

461. Remedium habet meditationem novissimorum.

Abbas Alexander fratri acedioso dixit: Si in cella tua sollicite cogitares regnum calorum, & cruciatum æternum, in cella tua acediam non sentires. Sespium autem ita animabat: *Ve tibi Alexander! quanta erit confusio tua, cum cæteri coronabuntur!* E. Verbo Acedia.

Senex quidam Philosophis monitum dedit: *Sit Philosophie vestre opus semper meditari mortem, silentioque, & quieti vos assuescite.* Deut. 32. v. 29.

Mo-

Monachus quidam, qui negligenter vixerat, ægrotus raptus est ad iudicium, & invenit matrem suam iam mortuam cum his, qui iudicabantur. Illa autem, ut vidit eum, obstupuit, & dixit illi: quid est fili? & tu in hunc locum condemnationis iustus es venire, ubi sunt feromnes tui, quos loquebaris dicens: Volo salvare animam meam? confusus ipse, ac rediens ad se inclusit se penitens, ac deplorans negligentiam suam. Cumque multi eum rogarent, ut a nimio fletu temperaret, ne se læderet, semper respondit: *Si improperium Matris sustinere non potui, quomodo Christi, & Sanctorum ejus Angelorum adversum me confusionem portero in die iudicii sustinere?* C. Deut. c. 22. v. 29.

Silvanus Abbas raptus, & rediens ad se flevit, dixitque: *Ego ad iudicium raptus, vidi multos de habitu nostro euntes ad tormenta, & multos seculares euntes ad regna!* Sic lugens conclusit se continuo in cella, cumque exire cogereur operiens se cucullo ajebat: *Quid prodest videre lumentemporale, in quo nihil est utile!* C. Deut. 32. v. 29.

Senex aliquis dicere solebat: Si possibile esset in adventu Dei post resurrectionem, præ timore interire animas hominum, omnis mundus moreretur præ terrore. C. Deut. 32. v. 29.

462. Quibus motibus superari debeat?

Considerands industria demonis tentatoris: O! quot homines vivunt tantum ad delicias corporis effusi, tantum ob esum & potum, toti oblitii suæ salutis &c. Sed adverte periculum! an nescis totum orbem adversus te armatum esse? Quid dices de illo, qui inimicum potentem ad certamen evocavit, bellum illi indixit, & in momenta singula ab eo ad necem qualitus, prorsus inermis circumcitur? nonne dices, esse prodigium vite? En! tua res agitur; demon plenus iracundia circuit, diu noctaque tibi insidias struit &c. age, arma cape, vigil esto in salutem tuam. B. ferm. 46. n. 27.

Consideranda industria hæreticorum, quantos labores impigre subeant, prædicando, scribendo, disputando, ut errores suos defendant, & veritati obstinatissime resistant ad suam, & aliorum perniciem: ridet diabolus, gaudet infernus. Est ego minus laboriosus sim pro Dei gloria, pro defendenda veritate, ad salvandam meam, & aliorum animas?

D. Claus Spicil. univ. Pars II.

Consideranda industria hominum secularium pro re temporanea: Quid non agit miles? prælis & millenis mortis periculis se committit, ut prædam rapiat. Quid non agit mercator? terra marique itinerum incommoda sustinet, ut lucrum capiat. Quid non agit literatus? diu, nocturne libris insudat, ut altius assurgat. Quid non agit operarius? labore, & sudore corpus fatigat, ut mercedem capeffat. Et ego desidiosus ac somnolentus ero, ubi agitur de lucro & mercede æterna gloria &c.

463. Est malum difficile sanabile.

Acedia comparatur paralysis: 1. Sicut paralysis oritur ex frigore, & crassis humoribus, quibus nervi obstruuntur: ita acedia oritur ex spirituali frigore, & defectu caritatis, quo homo fit immobilis ad bona opera. 2. Paralysis est nervorum resolutio, qua homo insensibilis efficitur: sic acedia est torpor, qui omnes animæ virtutes suspendit, ita ut ad officia pietatis impotens esse videatur. 3. Paralysis fequitur ad dominium phlegmaticis: sic acedia oritur ex crapula & luxu luxuria. 4. Paralysis est totius corporis aplexia: sic acedia facit, ut anima vivat quasi mortua. 5. Ad paralyfin sequitur pulsus stupidus: sic acedia facit, ut homo nullum habeat rem spirituum sensum. 6. Aplexia & paralysis maxime contingit senibus: sic acedia veteranos invadit, cum novitus fervor defuerit. 7. Paralysis est insanabilis, ita fere acedia! An nullum ergo remedium? Respondet, sicut paralysis uncunq; curatur per res calidas, ita acedia superari debet per caritatem Dei & fervorem: *Experimento probatum est, ait Cassianus, acedie inpatientiam non declinando fugiendam, sed resistendo superandam.* Nemo superari acediam, nisi qui violenter ad laborem se cogit. C. in Matth. 9. v. 8.

Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita Prov. 26. piger in lectulo suo. Sensus est: sicut cardo dum movetur, stridet; ita piger, dum a sua sedula extrahitur, obmutuat, & strepit. Et sicut ostium in cardine aperitur & clauditur, ita piger per vices vult & non vult. C. Prov. 26. v. 14.

464. Inepte excusatur.

Acedia malum est, spiritualibus, & solitariis præ cæteris infestum, ait Cassianus: Hic ergo dicunt, testis S. August. Si lectioni continuo studio semper in silio, oculorum caliginem incurro: si in-

C c

deli-

desinenter lacrymas fundo, ipsos etiam oculos amito: si proelatis vigiliis Psalmorum cursum perfolvo, insaniam capitis acquirō: si quotidiano labore me confugio, ad opus spirituale quando confurgo? Audiant isti, quid Gentilis Seneca respondeat: *Male mihi esse malo, quam molliter.* Mollities enim ex acedia proveniens multa scelera post se trahit. Tandem concludit: *Non ista difficilia sunt, sed nos enervēs sumus &c.*

Perpendant isti conatus hominum, & solitudines, quas pro rebus vanis & temporalibus suscipiunt. Patriarcha Jacob tempore caritatis & famis precepit filitis, ut sine mora in Ægyptum descenderent, & emerent ibi necessaria. Quanto magis oportet sollicitum esse pro sterili aternitate? Isaac licet a Deo benedictionem, & divitias promissas haberet, tamen agros in Geraris coluit. Negotiator pro pretiosa margarita dedit omnia sua & comparavit eam. Homo ille sciens in agro delatere thesaurum, venditis omnibus emit eum. Quanto ergo magis laborandum, & sudandum est pro margarita cæli, pro thesauro aternæ salutis! &c.

465. *Est causa, & origo multorum scelerum.*

Num. 32. Populus Israel, quamdiu in Ægypto laboribus occupabatur, fuit satis bonus, sed in itinere profectus de monte Hor, nascere dulcissimum Manna cepit. Quare? quia illum cadere cepit itineris, & laboris.

2. Reg. 26. Rex Saul versabatur in periculo mortis, & Isobeth filius Saul occisus est: Quare? quia Abner male custodiebat Dominum vulgum Saul; quando enim David venit ad castra ejus, neminem invenit vigilantem.

2. Reg. 11. Rex David in turpissimum adulterii, & homicidii crimen incidit. Quare? quia tempore quo solent Reges ad bella procedere, domi stertebat, otioso obtutu incidens in Bethsabam.

Jen. 1. Navigium Jona statabatur tempestate non sine extremo periculo naufragii. Quare? quia Propheta descendens ad interiora navis, ibi sopore gravi dormiebat.

Matth. 1. Inimicus homo optimo sementi in agro superfeminavit zizania. Quare & quando? cum dormirent homines.

Virgines fatue, etiam si virginales pudicitia essent laudabiles, exclusæ sunt a nuptiis. Quare? quia neglexerunt instruere lampades suas.

Matth. 25. Servus a Domino aufere habitus, & a negotiatione exclusus fuit. Quare?

quia neglexit lucrum facere cum talento sibi concredito.

Apostoli excordes & pusillanimes facti, Dominum in passione deseruerunt, aut negarunt: Quare? quia a Domino julli vigilare, morem non gesserunt, sed dormierunt.

Ita multa alia scelera, si in radicem inquirere lubet, deprehendemus originem trahere ex acedia: unde enim otiositas? unde somnolentia? unde tepiditas? unde negligentia in rebus Divinis, & animam concernentibus? unde alia mala, quæ ex his ipsis malignis effectibus ulterius consequuntur, unde, nisi ex acedia, & torpore animi? Accedit, quod hic ipse semi-volens nolens languor, quo celo & mundo, Deo & diabolo, volupratibus & precibus, templis & cauponis, dimidiato corde servitur, hanc frigidam-calidam, & calido-frigidam vivendi rationem, pessimo exemplo etiam in aliis post se trahat; cum enim vident subditi, quod Principes, Nobiles, Literati, Superiores, quos Deus ad aliorum correctionem posuit, voluptuose vivendo, muneris sui partes negligant, putant, non minus sibi, quam illis licere, sicque relicta virtutis semita, viam latam perditionis, non minus quam illi currunt! &c.

Otium.

466. *Repugnat conditioni humane.*

Adamus in Paradiso ponitur, ut operaretur: Ubi Bern. Quis filios ejus politos ad feriandum arbitretur? homo ad laborem natus est, si laborem refugit, non facit id, ad quod natus est. S. p. 148. fol. 460.

Natura ipsa per varia animalia semper laboriosa nos docet laborare: quam mirabilem texturam facit aranea, eas quanta sedulitate mel excoquunt, formicæ quam ordinatam rempublicam faciunt, bombyces quam artificioso glomo se intextunt, volucres quanta sagacitate nidiificant, capillos nutriunt &c. Hæc omnia dedocent hominem vitam otiosam. D. 11. 48.

Homo a Divino creatore ad hoc destinatus est, ut labore sibi vitæ necessaria procurer; hinc a Divina & humana sapientia, tot artes, officia, & studia inventa sunt, ut quilibet pro sua indole occupatus esse possit. Id si negligit homo, seipsum perdit, & destruit, juxta illud: *Qui operatur terram, satiabitur panibus, qui sedatur otium, replietur egestate.* Imo non tantum corpore, sed etiam ani-

anima tenus se perdit & destruit, prout hunc textum intelligit, & explicat Cæsarius, inquit: *Otiosus repletur paupertate visibili, vel invisibili; quia necesse est, otiosum quemque diversis vitis involutum teneri.* C. Prov. 28. v. 19.

467. *Est fomentum multorum peccatorum.*

Malus spiritus expulsius ajebat: *Revertar: quis aperit portas domus? Paulus Granat. respondet: Otium aperit portas hosti intrare cupienti.* B. ser. 60. n. 14.

David, quia non providit ab bellum, domi oriatus in turpissimum peccatum labitur, B. ser. 62. n. 26. S. Bonav. ait: *Quia eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, David otiosus remansit, ideo occasione habuit grave adulterium committendi.* M. conc. 37. aff. 1. n. 9.

S. Pachomius sæpe audit malignos spiritus inter se conferentes sua artificia, quibus animas devotas aggredi solent, lucra etiam, quæ inde reportant: asserunt autem a Monachis otiosus facile se reportare victoriam, a sedulis autem & occupatis se vinci. A. l. 1. n. 19.

Sicut terra, quæ defectu culturæ utiles herbas non progeminat, lolium, & urticas parit: ita homo qui non est utiliter occupatus, ad nociva & illicita prorumpet. *Per agrum hominis pigri transivi... & ecce totum repleverant urticae.* D. 3. 54. Hinc ille versus: *Queritur Ægyptus, quare sit factus adulter: in promptu causa est, desidiosus erat.*

Matrona Romana ex urbe usque in Palestinam venerat, solum ut Arsenium videret: cui Sanctus: *An ergo nihil negotiorum habes, nisi ut Arsenium videas?* &c. Sanch. 5. p. c. 3. f. 439.

Otium est parens criminum, & errorum omnium concitaculum, ideoque omni studio fugiendum. Paol. Do. Septuag.

Deus Israelitis itinerantibus præscripsit innumerabilia sacrificia & ceremonias: in Pentateucho continentur ultra sexcenta legalia, & moralia præcepta. Quare hoc? Resp. Abulensis: *Ut per occupationem variorum sacrificiorum tristitas tolleretur, quæ nullis malis incrementum tribuit, & fomentum.* Ginth. Currus Isr. conf. 3. n. 2.

In rotis molendini, quæ continuo agitantur non confidet, multo minus nidificat avis: ita apud hominem laboriosum infernalis corvis locum non habet, sed apud otiosum. S. Antonius malis cogitationibus turbatus apud Dominum con-

questus est, & consilium petiit: Et ecce! foras egressus vidit quempiam sibi simillimum, qui nunc orabat, nunc laborabat, dein iterum ad orationem, iterumque ad laborem reverens, sic tota die permovebatur: quapropter advertens, quid sibi dici vellet, otium tanquam omnium malorum incentivum fugit. E. Verbo Angelus n. 3.

Ad eremum fratrum convolabat immanis demonum multitudo, & ad portam civitatis excubabat unicus diabolus; ratio fugi, quia fratres laborabant, orabant; ideo a toto demonum exercitu non poterant superari. Econtra in urbe erant desidiosii, qui facile ab unico demone superabantur. E. Demon n. 18.

Ferrum siccatur, corrumpitur, si exercetur splendet: similiter se habet anima, ait: S. Chrysost. S. Antonius gravissime tentatus consilium accipit ab Angelo, ut laboraret. Certe priscorum hæc erit sententia: *Operans non demone, otiosus multus pulsatur.* C. Ex. 5. v. 17.

Christus etiam non rogatus illi mendicæ manum aridam fanavit, ut laboret, & non præterea manus arida in otio multa scelera committat. B. ser. 69. n. 27.

Sicut terra si non vomere scindatur, & semine focundetur, lolium parit: sic otiosus homo, quoties non habet, quod laudabiliter, aut necessario agat, ad pravas actiones distulit. Certe tentationes diaboli, & mala desideria neminem magis, quam otiosum molestant, juxta illud: *Desideria occidunt pigrum, noluerunt enim manus ejus quidquam operari: tota die concupiscit, & desiderat.* Conformerit ad illud: *Multam malitiam docuit otiositas,* supra quæ verba S. Chrysolomus: *Nihil boni facere, nihil aliud est, quam facere aliquid mali.*

468. *Quibus remediis superandum.*

1. Remedium superandi otium, est Amor Dei: quia amor nunquam est otiosus, sed sicut ignis, qui comparatur, semper operatur. Si amor non operatur, amor non est.

2. Consideratio laborum & dolorum Christi: quia qui hos præ oculis habet, erubescet, sub spinoso capite esse membrum delicatum.

3. Exempla Mundanorum, qui pro exiguis & momentaneis bonis, imo pro re sæpe peccaminosa decumano labore perferunt. His perpensis, quis non seipsum excitet ad servitium Dei, cum illo Ana-

choeta, qui videns vanissime compram mulierem, sibi ipsi dixit: si vel decimam partem pro Deo facerem, quæ mulier ista pro mundi vanitate facit, ac patitur: spem indubitatam salutis conciperem.

4. *Exempla Sanctorum*, qui pro mercede æterna indefessis laboribus sese occupant, dolentes de quolibet momento, quod ad Dei gloriam non fuit impendunt. Quid fecerunt Apostoli, quid Martyres, quid Confessores, quid Virgines, quid omnes Sancti? laborarunt, sudarunt, orarunt sine fine, gaudentes maxime, si pro Deo magnum aliquid facere aut pati poterint. Christus Dominus olim apparuit S. Mechildi dicens: O felices vos, qui in terris adhuc agitatis; meritorium enim cumulum semper magisque potestis augere! Gaudent, quoties dies vobis illucefcit, quia Deo vivere & immensis gratiarum thesauris vos locupletare potestis.

5. *Timor suppliciorum in altero mundo*, ibi enim servus, qui scit voluntatem Domini sui, & non facit, vapulabit mulcis. Cogitat sæpe Christianus, quid daturus effecturus & damnatus pro unico momento temporis, quod in hac vita otiose negligit: certe daturus esse mille mundos, si compensare errorem, & salutem operari possit. Milites tres consideratione cælestis gloria conversi monasterium ingressi sunt, sed primi duo paulo post interperierunt, & regredi statuerunt. Verum venientes ad tertium invenerunt illum ferventem, & saniem in proposito, qui & dixit illis: Vos tædio & otio legnessetis, mihi autem tempus breve est, quia occupor. Querentibus quæ ratione occupetur? respondit: res litteras a Magistro meo didici, quas quotidie lego: Prima scripta est colore nigro, quæ significat mea peccata, & pœnas inferni, hanc lego mane. Altera scripta est colore rubro, quæ significat Passionem Salvatoris, & hanc lego meridie. Tertia est scripta colore aureo, quæ significat amenitatem gloriæ cælestis, & hanc lego vespere. Sic vinco tædium & otium. Dixit hæc, & alios edificavit. E. Verbo *Cælestis gloria* n. 11.

Tepiditas.

470. *Quanta mala post se trahat.*

Cladus, qui non usurpatur rubigine, consumitur: equi, qui non agitantur, in stabulo torpescunt: aqua, quæ non movetur, computrescit: ita anima &c. Quam multi, qui optime ceperunt

peccata finire, quæ de causa: propter tepiditatem: Deus subtrahit illis auxilia singularia: *Qui enim negligenter Deo servit, meretur, ut Deus vicissim non tantam ejus curam gerat*, ait Lels. B. ser. 43. n. 38.

Dum ostiaria dormit, isobeth occiditur: ita si fervor indormiscat, ad interficiendum animum malignis spiritibus iter pandit, ait Euch. B. ser. 43. n. 38. Sapiens ait: *Transivi per agrum pigrum, totum repleverunt urticae*. Quare solum iusticia? hæc vult, sed tantum eum, qui subtiliter attingit: attinge fortiter zizaniam, & non lædent. Quæ causa, quod cor tuum plenum fit zizaniis? non alia, nisi tepiditas. B. ser. 62. n. 25.

Populus Israel non statim ad idololatricam pervenit, sed prius dereliquit Dominum. Bernardus ait: *Nemo repente sic pessimus, sed successive, ordinarie autem sceleratissima perversitas incipit a tepiditate* &c. A. l. 9. §. 4. Hinc tepiditas dicitur *Novitatus* diaboli.

homo tepidus, qui claudicat in utraque partem, expostus est multis tentationibus malorum sociorum, qui eum absque metu ad suas nugas invitant, & trahunt. E contra homo revera devotus, quia hæc ipsa devotione se declarat pro parte Dei, securus est ab ejusmodi incuribus; non audent illi sua retia tendere, ubi præsciunt, se nil effecturos &c. Segn. *Manna* 16. Sept. n. 2.

Quod tepiditas piis operibus meritum adimat, patet ex eo, quod animæ purgantes conquiescent, preces, & psalmodias fratrum sibi nihil prodesse propter eorum tepiditatem, quæ in choro ridet, garrunt, dormiunt, & ad Verbum *Gloria Patri* non se inclinant. E. *Desponsio* n. 22.

471. *Eius signa & indicia.*

Si homo tantum vivat secundum vanitates, & oblectamenta sæculi, nec fugiat peccatum, nisi grave &c. B. ser. 42. §. 1. Si templum fabeat velut ad ostentationem, & comediam, si uno tantum poplite flectat, crucem in fronte mullet, in omnes templi angulos oculos emittat, garrat, & tergum altari obvertat, pyxidem tabacariam, sæpe impuram, frequenter, quam rosarium extrahat: hæc signa sunt tepescens animi. O quam multi sunt, qui in ipsis templis læscivimus spirant, tanquam templum domus Adonitidis, non Dei esset in nocte Nativitatis Domini, in Processionibus publicis, in septimana Passionis Dominicæ, quan-

Lels de ser. Div. l. 13. c. 15.

Euchen. in l. 2. c. 2.

ta mala, quanta peculantia &c. B. serm. 70. §. 4.

Tepiditas facit, ut multi sint valde inurbani erga Deum! v. g. si vir honestus te alloquatur, prolixo tempore illi colloqueris, cum Deo autem nunquam. Quæ si alicui ex vicinis nec salutem, nec verbum diceres, an non putaret ille, te sibi hostilem esse! Et quid melius cogit Deus? tota hebdomada finis illum captivum esse in sacrario, nec alloqueris! Accola Nilii nunquam cælum respiciunt, quia agri fovendantur a Nilo: ita tu Beneficia peccatis manibus accipis, & nunquam Deum respicis, &c. Inspirations Dei minus curas, quam hominum alloquia: siquis te invitat ad computationes, ad choreas, statim illum sequeris. Cum autem Deus te admonet ad bona operanda, ad peccata expianda, non audis, &c. Si opulentus Mercator tibi promitteret, quod velit te nutrire, certe illi fideres; ac cum Deus promittit: *Quærite regnum Dei*, & hæc omnia adjiciuntur, minus in his verbis, quam in tua avaritia confidis. Porro promittit Deus, se pro eo, quod minimis suis datur, centuplum daturum, & tamen pauperem recedere jubet, nec obolem illi porrigis, &c. Si morbus te invadat, primo ad chirurgos, aut omnino ad vetulas & pythonissas convolas, & demum ultimo loco ad Deum, &c. Præcepta tua accuratius vis observari, quam Dei: si Deus in domo tua offendatur, dissimulas, non curas, &c.

Sicut asini non procedunt cum sarcina, nisi continuo pungantur: ita multi sunt qui in via virtutis sistunt, nisi a Deo continuo castigentur. Quod si Deus delinunt punire, illi iterum delinunt Deo servire. B. serm. 85. n. 19.

Signum maximum periculose tepiditatis est in rebus temporalibus indefesse, in rebus salutis languide agere: periculosa est, inquam, hæc tepiditas: Medici cum insolitum languorem advertunt in eo qui antea nihil laboris exaudivit, malum aut esse prognosticon: ita malum indicium est, nihil velle suffere pro salute. Sancti longe aliter sentierunt, affirmarunt hoc esse negotium, quod totum hominem postulat: illis utique credendum, quia melius sciunt profunditatem fluminis, quod transvadant, &c. P. p. 1. disc. 6. n. 19.

In Scotia pro natura miraculo habetur aqua lacus Myrtoi, cujus dimidia pars congelata est, altera fuit. VV. ar. disc. font. 48. ex. 10. Hoc nihil est novi apud tepidos, interdum enim calent, interdum frigent.

Avis Emme & prunasardentes, & frusta glaciæ deglucit. VV. ar. disc. font. 48. ex. 1. Ita tepidi etiam hodie ardeant, cras frigeant.

472. *Invenitur etiam apud litteratos, & doctos.*

S. David exultat: *Quoniam non cognovi litteratarum, introibo in potentias Domini*. O quor hominibus doctus tua litteratura redica fuit ad æternam perniciem! quomodo sunt multi, qui quasi sententiarum probabilium cum Deo quasi litantur, dicentes: hoc nondum est peccatum: hoc non comprehenditur sub præcepto: hoc non excedit rationem peccati venialis &c. quia ista fordide, & tenaciter agit cum Deo perdit illius favores speciales, & tandem in manifestum peccatum salutis devenit. B. ser. 48. n. 19. 20. Nam qui negligenter Deo servit, meretur, ut Deus vicissim non tantam ejus curam gerat, ait Lelsus. B. ser. 43. n. 38.

Decantatum est illud: *Non per verba sed per adverbia meretur*: igitur non tantum taliter qualiter præcepta Dei servanda sunt, sed *solicite & accurate*: multi loquuntur quidem trabes peccatorum, sed non felucias: persuadent sibi ipsis: Hoc & illud non solum est peccatum: hinc quidem non blasphemant, sed varias jurandi formulas non horrent: non fornicantur, sed tamen occasiones & aspectus frequentant: non furantur, sed varias descendunt artes, fraudesque usurpant: atque super his diversa dictamina ad tranquillandam conscientiam excogitant. Isti sunt in pessimo statu, quia paulo post ad majora deveniunt. S. David ait: *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*. Nota *Nimis* non superficialiter: hæc de causa etiam frequenter dicit, se mandata meditari: *Mandata tua meditatio mea est*. *Meditabor in mandatis tuis &c.*

Hæc ipsa ratio est, cur tepiditas difficulter sanetur, nempe, quia magis, quam alia vitia excusatur. Tepidi non agnoscent fenum malum, semper dicunt: Quid ego sum mali? non fornicationes, non adulteria, non rapinas commisi! Horum ludus periculosior est, quod hominis facinorosus; ille enim intuitu sua malitia citius compungitur, sicut in tela ab macula magis nocentur, quam in panno nigro.

473. *Punitur a Deo.*

Pœna tepiditatis maxima, & ordinaria est privatio luminis: Babylonicus ille raptor primo omnium & templo abfult

andelastrum aureum, in quo erant sepiem lucernæ: ita infernalis executor, ubi per tepiditatem accessum in animam obtinuerit, lumen, cognitionemque rerum Divinarum surripit, inde fit, ut frequententer quidem sacramenta, sed perfortiorie & sine fructu &c. Avertat a nobis Deus hoc damnosum. S. p. 103. l. 305.

Deus in Veteri Testamento varia animalia in Sacrificium acceptavit, gallum autem gallinaceum rejecit. Cur ita? Respondet Joannes a S. Geminiano, ideo id factum esse; quia gallus uno oculo terram, altero calum respicit. Sic etiam faciunt tepidi, volunt simul terra & celo frui; hinc ad aram gloria non pertinent. Cinth. Curr. Israel. conf. 1. n. 3.

Thomas Kempensis quotidiano precum penso Beatis Virginem venerari solitus, in ea devotione semper intepuit, ut ad aliquot dies omitteret. Vidit igitur in visione nocturna Sanctissimum Dei Genitricem de caelis venire, & fratres in colloquio rerum Divinarum stantes amice amplexari. Expectavit & ipse amplexum: verum a sanctissima ob negligentiam severe obargutus, loco amplexuum minas expertus est. Quo viso evigilans emendavit errorem. E. Maria n. 48.

S. Laurentius Martyr cœnobium sibi dedicatum obambulans, virgam manibus tenere visus est, & quosdam Religiosos parum Religiose viventes percutere. A quodam fratre interrogatus, ad quid venisset, respondit: O frater venio iterum assari. Crucifixi etiam imago lacrymari visa est. N. 14. Aug.

Quæ major potest esse, magisque terribilis pœna, quam quod tepidus derelinquatur a Deo, ut a tepiditate deficit ad frigiditatem. Id, quod describens Bernardus ait: Paulatim refrigeravit caritas, abundavit iniquitas, ut consumemus carne, qui spiritu caperamus: inde enim est, ut minus ea sciamus, quæ a Deo donata sunt nobis: inde voti, & ingrati timorem Domini derelinquimus, Religiosam solitudinem omittimus, verbosi, curiosi, faceti etiam detractores, & murmuratores, vanæ gloriæ fugitantes labores disciplinæ, quosque sine nota id licet, quasi vero contentum sit etiam sine noxa, &c.

474. Perducit ad graviora peccata & ad infernum.

Monachus illibate castitatis cum summa devotione serviebat Deo, adeo ut dignus esset quotidie callico pane, in frusta ab Angelis mensula pasci: postea intepuit,

impudentissimis cogitationibus detentus quantum autem magis in peccatis defecit, tanto fordidiorem panem caelitus accepit, ita ut demum ad seculum redire decreverit: Verum in via ad monasterium delatus, cum a fratribus rogaretur, quomodo diaboli tentationes repellere deberent, zelose peroravit, & ad se rediens penitentiam egit. E. Docere n. 1.

Paradoxum quis putabit, cum dico tepiditatem perducere ad infernum? & tamen ita se res habet; cum enim tepidus nisi vanitates facili, commoditates corporis in esu, in potu, delicias in otio, somno, & recreationibus immoderatis quaerit, de cætero autem verbum Dei, & res sanctas negligit, pedetentim ad scelera declinat, & in ultimo certamine, cum tentationibus resistere nunquam didicit, succumbit. Cur dives epulo peccat? an superbia, luxuria, aliique peccatis deliquit? nihil simile illi, sed illud exprobratum fuit, quod receperit bona in vita sua &c. &c.

Animalia quæ super terram reptant, & in foraminibus habitant, raro sine veneno sunt: ita homo qui terrenis inhaeret, & ad caelestia sese non erigit, raro sine peccato est.

Tepidi sunt Deo magis abominabiles, quam frigidi. *Melior est canis vivus leone mortuo*, quæ verba Card. Hugo ita exponit: *Melior est peccator penitens, quam justus torpens*, cujus retrario est, quia anima, quæ vivit in gratia, si a vita spirituali remittat, & tepide vivat, excidendi ab amicitia Dei periculum incurrit. Unde in Apocalypsi dicitur: *Quia neque frigidus es, neque calidus, sed quia tepidus es, incipiam te vomere ex ore meo*. Utinam frigidus esses! quia ex tepiditate perniciosissima oritur consequentia; quando enim quis in servitio Divino relaxatur, & spiritualia exercitia intermitte, ut plurimum ad pristinam peccata revertitur, & insuper averfionem concepit a faciendis penitentia; unde Apostolus ait: *Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, gustaverunt etiam donum caelestis... & prolapsi sunt, rursus renovari ad penitentiam*. Lohner v. Acedia §. 12. n. 8.

475. *Quibus remediis curanda.*
S. Aloysius hæc puncta sibi annotavit: *judicia Dei inscrutabilia, quis ferre, in mea mihi scelera scularia condonarunt. Colunne cæli ceciderunt, quis mihi pollicebitur perseverantiam? Mundus in profundo malitiæ jacet, quis omnipotentem iratum placabit? Viri sacri Vocationis sua.*

suz obliviscuntur, quomodo feret Dominus tantum regi sui detrimentum? Fideles tepiditate sua adiunt Deo gloriam, quis eam restituet? Væ scularibus qui differunt penitentiam usque ad mortem! Væ Religiosis, qui usque ad illum articulum dormiunt, &c. His aliisque incitantibus se quotidie ad sanctum fervorem animabat. N. 21. Junii.

Ad corrigendam tepiditatem 1. ante omnia homo conetur radicem tollere morbi, qui plerumque est inordinatus amor alienius creaturæ: sic filii Ruben & Gad defatigati in itinere rogant Moyfem, ut sibi permanere permitteret in loco ad pascenda animalia peropportuno & fertili. *Regio enim uberrima est ad pascendum animalium*. Ecce caulam, ob quam homines tepescunt, nempe ob nimiam adhesionem ad bona terrena. Hinc S. Philippus Nerius dicere solebat, quod quantum de affectu suo homo tribuat creaturis, tantum de hoc affectu suo adimat Creatori. 2. Præter honestas occupationes, confugiat ad orationem, id quod suadet S. August. ait: *Agnosce te in illa tentatione tædii, & clama ad Dominum: exaudiet te, si illi cooperatus fueris inveterata acedia*. 3. Si hæc non proficiant, severiora adhibe remedia, considerando, in quam periculoso statu verferis, ne ex ore Dei vomeris. Cogita, quid in vita termino de hoc vivendi modo sis sensurus? revoca in memoriam verba Bernardi: *Quis ille pavor erit, o anima, cum dimissis omnibus, quorum tibi jucunda est præsentia, sola ingrediens incognitam regionem, teterrima monstra videbis? Quis tædium te a rugientibus preparatis ad escam quis consolabitur? quis deducet &c.* Lohner v. Acedia §. 12. n. 9.

476. *Prona est ad vanitates seculi, & consensum tentationum.*
Sponsa, quia se ipsam ignorabat, iussa est pascere hædos: ubi Bernard. foras mittit, ut pascat hædos, id est, oculos, aures &c. quæ nihil habet intus, vagatur foris, studet pascendis sensibus, quæ pabulum intus non habet cordis. S. p. 114. f. 345.

Revera tepidi sunt illi, qui ita volunt servire Deo, ut non offendant diabolum: sunt in bello spirituali contra demonem quasi neutrales, & nulli volunt servire. Verum perpendant, quantum noceat in bello neutralitas: vespertilio nec volueris, nec terreste animal est, sed medium inter utroque, propterea ab utriusque odio habetur, &c. D. 10. 92.

Venenum non necat hominem, nisi

cum penetrat ad cor: in iis autem animalibus cito penetrat ad cor, quæ habent laxas fibras: ita tentationes non nocent animam, nisi pertingant ad voluntatem. Ubi autem, & quanto cito penetrant ad voluntatem? in iis qui habent conscientiam laxam: unde nemo minus fortis est resistendi tentationibus nisi tepidi & homines laxi, qui tantum vivunt secundum oblectationes faciliæ. Segn. Manna 3. Jul. n. 4.

Sicut in ollam ferventem musca non irrumpunt, sed in tepidam: ita animus ferventer devotum non infestat tentationum insulsius, bene autem remissum. Sanch. 5. par. c. 6. f. 509.

Similiter dixit S. Arlenius, cum lampas ardet, non audent accedere mures, & oleum lambere, cum autem extincta, & sine timore lambunt: ita cum animus fervet, non audent eum tentare demones, tentant autem, cum animus tepescit. Sanch. 5. par. c. 6. f. 505.

Apostolus quidam tepiditatem vocat Novitium diaboli: sicut enim Novitium minoribus probationibus sensum ad majorem virtutem ducuntur: ita demon cum aliquando hominem in tepiditate adduxit, facile illum ad peccata adducet.

477. *Est fomes heresum & atheismi.*
Est putri nascuntur vermes: sic homo putris, & tepidus multos habet vermes in capite; unde enim illi discursus contra fidem, & res Divinas, quam ex frigiditate animo? dicit aliquis? Quid quæso multa nobis garruntur de altera vita? non est altera. Alius dicit: commenta sunt populum, quod infernus sit tantum calidus, demon tam niger? purgatorium est tantum inventum populum ut dicitur &c.

Celebris est questio inter Geographos, quomodo post diluvium animalia pervenerint ad insulas, & præsertim in Americam, siquidem illa a cæteris mundi partibus est omnino abrupta? respondent plerumque, id factum fuisse, quando per rigidas hyemes mare fuit congelatum: in Americam autem venerunt animalia per mare glaciale inter Moscoviam & Livoniam verus Greenlandiam, & Spizbergiam, ubi continuum frigus est. Ecce, ubi frigus est, & glacies, ibi animalia penetrant & monstra! O quot hæresum & peccatorum monstra ex animi frigore pullulant, &c.

Qui præteribat blasphemabant Crucifixum, id est, illi, qui tantum obiter & perfunctorie tradant Divina, quorum mens non in Deo, sed in mundi oblectamen-

mentis conquiescit. Coferus Med. 37. de Pass. conf. 1. n. 3.

Si depravationem infelicissimorum hominum, qui a fide desecerunt facti heretum coriphæi, ab ovo seruari libet, ordinariè istdem gradibus a Deo recesserunt, quibus olim Israelitæ: 1. Obliti beneficiorum Dei ad ollas reverti cupiebant. 2. Pœnitit eos, quod Deum vocantem secuti sint. 3. De liberali Dei potestate desperarunt. C. Gen. c. 16. v. 3.

478. *Unde, 19. a quo ortum trahat.*

Primo, causatur a temeraria securitate, qua multi sibi persuadent se salutis foræ securos esse: magna hæc est deceptio dæmonis, unde oritur ingens incuria tam apud iustos, qui qualicumque vivendi ratione facile contenti sunt, quam apud peccatores, qui nullam emendationis curam habent. *Mater negligentie solet esse securitas*, ait S. Gregorius, B. Serm. 43. n. 1. & seq.

Secundo oritur ex defectu orationis: multi diu in servitio Dei versantur, nec Dei affectum sentiunt: Quare? *Defecit sufflatorium in igne*. Intellectus ceu foliis est voluntatis, hæc friget, si desit exercitium orationis. S. p. 30. f. 133.

Tertio oritur a pravitate naturæ corruptæ, quæ per se ad laxitates, & comoda sæculi pronæ est: Homo ex luto creatus est, vas aliquod luteum semper magis inclinatur ad frigus, quam ad æstum; ut frigeat enim, sufficit si sibi soli relinquantur: ut autem incalcescat admotione ignis opus est. Ita & in homine se res habet, &c. Multa animalia in generationibus suis sensum deficient: sic ex pullis aquilinis alter a patre degenerat, & sic ex aquila haliæus: ex hoc non amplius haliæus generatur, sed phænæ: ex phænibus non phænæ, sed milvi: neque etiam milvi procreant aves sui generis, sed diversi. VV. art. disc. font. 44. ex. 2. Ita vitus semper decrevit, & tepescit.

Quarto oritur a malo dæmone. Cum Abbas Moyses de rebus spiritualibus cum fratribus colloqueretur, omnes obdormierunt. Ut ergo ostenderet, hanc esse deceptionem diaboli, fabulam immiscuit, & omnes expergefacti attente auscultarunt, &c. E. *Somnolentia*, n. 1. 3. 4.

Quinto oritur a malo exemplo Superiorum; cum enim vident subditi, quod majores, quos Deus ad correctionem aliorum posuit, viam latam inambulent, & sæculi vanitates sectentur, putant sibi

non minus licere, & in animo sibi persuadent, rigorem Legis Christianæ, de obligatione mandatorum, de paucitate salvandorum, atque similia, esse inania terretulamenta, &c.

479. *Tantum dimidio corde servire Deo, quam periculosum.*

Petrus dixit ad JESUM: *Relinquitis omnia*, paucissimi sunt, qui ita dicere possunt, & non aliquid pravatum affectionum sibi retinent. Aliqui sunt casti, sed avari, & in debitis exigendis tyrannici: alii liberales, sed ambitiosi &c. Atque isti, qui tantum ex parte boni sunt in periculosiore statu versantur, quam peccatores; hi enim sæpe ex ipsa deformitate suorum scelerum convertuntur, dicente Propheta: *Arguet te malitia tua*.

At illi boni, quæ agunt freti secure vivunt. Piscator etsi videat hamum a pisce apprehendi, non statim ad terrahit, sed spatium relinquit, donec hamum gluat: ita dæmon sæpe funem extendit peccatori, ut bonum faciat, & sic malorum commissorum obliviscatur: ita Herodes libenter audiebat conciones S. Joannis, non tamen emendabatur. In Levitico præcepit Deus: si lepra operuerit omnem carnem a capite ad calcem; iudicabit sacerdos eum mundum: quando vero caro vivens apparebit, immundus reputabitur: res mira! quomodo homo mundus est cum lepra omnem carnem obsidet, & si aliquas solum partes sanas habeat, cur ægerimus iudicabitur? Nempe indicare vult Deus: majus periculum esse aliquod bonitatis specimen habere, quam omnino malum esse. Samaritani

Deum habentes simul idola colere volebant: Philistæi arcam, & Dagon sociare frustra contenderunt. Ananias & Saphira morte subitanea puniti sunt, quia partem rei suæ ad pedes Apostolorum projecerunt, partem autem sibi reservarunt. Quid prodest civitatis oblietæ portas occludere, si quoddam posticum utut modicum apertum relinquantur: ita licet homo cor suum omnibus vitis occludat, si tamen uni duntaxat aperiat, hoc eum perdere potest. Diez in Communi Conf. non Pont. conc. 2. a n. 6. 7. seqq.

Samaritani ex Assyria Samaritan translati coluerunt simul Deum Israelis, & Deos Assyriorum. Ita tepidi volunt ita servire Deo, ut non offendant diabolum: volunt hic gaudere cum sæculo, & ibi regnare cum Christo.

CAPILLA ALFONSINA

U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta antes de la última fecha abajo indicada.

BX1757
 C5
 v. 2
 1768

45061

AUTOR
 CLAUS, Josephi Ignatii

TITULO
 Spicilegium Universale
~~sacro profanum~~

FECHA DE VENCIMIENTO

NOMBRE DEL LECTOR



